

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Johann Sibrand Heinrich Lünsmann

Disputatio De Emptione Et Venditione

Rostochii: Myliandrus, 1607

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728318865>

Druck Freier  Zugang



RU jurist. 6. Aug. 1607

Sibrand, Joh.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728318865/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728318865/phys_0002)

DFG

7
4
45

DISPUTATIO DE EMPTIONE ET VENDITIONE.

Quam

Aura divini numinis adspirante

PRÆSIDE


Clarissimo atq; Excellentissimo viro,
Dn. JOANNE SIBRANDT,
J. V. D. Professore Codicis Justinianei ordinario,
Publicè examinandam proponit, in celebre-
rina Rostochiana,

HENRICUS LUNSMAN
Hamburgensis.

Habebitur disputatio in Acroasi magna & Augosti
initio facta, ad 6. matutinam.

T. D. 242 12

ROSTOCHII
Ex Typographia Stephani Myliandri,
Anno M. DC. VII.



M E M O R I A C O N C I L I U M

Dicitur de ea obligationum materia, qua contractum emptionis venditionis concernit; paucis attingere animus est ea, que ad ipsam materiam propriè spectant, selectarum quarundam questionum, usui inservientium, rationem potius habiturus.

THESIS. I.

Permutationis loco hunc contractum venisse, dubium non est: Et veteres promiscuè vocabolo emtionis venditionis usos fuisse, notandum.

II.

Est autem contractus jurisgentium, bonæ fidei, σωταλαγμα observans, cum consensu utriusq; ea de causa, ut res tradatur, precium autem certum in nummis constituantur.

III.

Consensu dicimus constare; si itaq; erraverint vel dissentiant contrahentes in mercis vel corpore vel materia, emtio nulla erit: nisi materiæ quid merx habeat, in quam consensum sit.

IV.

Perficitur hic contractus vel pure, vel in diem, vel sub conditione: ut & inter præsentes & absentes, veluti per nuncium vel per Epistolam.

V.

Item scriptis, vel sine scriptis, arrha interveniente, aut sine arrha.

A 2

O m n e s

VII.

Omnis autem personas emere vendere posse manifestum est, nisi vel natura vel legge quis prohibeatur.

VIII.

Unde quæri potest: an emtio inter patrem & filium facta valeat? quod non admittimus nisi de castrensi peculio, vel quasi.

VIII.

Neq; inter magistratum temporarium & subditum contrahitur recte emtio venditio; quod tamen limitative accipiendum volumus.

IX.

Prodigus quoq; qui neq; tempus neq; finem habet expensarum, vendere nequit, etiam si juramento contractum validare ausus fuerit.

X.

Quia & inter medicum & ægrotum venditio facta irrita est; ut & inter mancipatum carceri & solutum.

XI.

Inter collusores deniq; emtio facta invalida est, licet extraneus ab eo recte emat.

XII.

Atq; hæc de personis, videamus de rebus.

XIII.

Res autem omnes recte emuntur: venduntur quæ in commercio hominum sunt, sive corporales, sive incorporeas, moventes se sive non, alienæ item & futuræ.

XIV.

Spei quoq; emtio fieri potest, ut captus piscium.

XV.

Res vero sacræ, religiosæ, basilica, & quæ publicis usibus destinatæ sunt; litigiosæ item, exceptis paucis casibus, vendi nequeunt; cum hominum commercio exemptæ dicantur.

Si tamen

XVI.

Si tamen ab ignorantē emtā fuerint, venditor vero sci-
enter vendiderit, ad inter esse tenetur.

XVII.

Hereditatis quoq; venditio non reprobatur, sive ex te-
stamento, sive ab intestato delata fuerit, modo defuncti sit
hereditas.

XVIII.

Porro feudalium rerum emtio subsistere nequit: nisi ijs
in locis, ubi licet eas alienare sine consensu Domini, ut & ante
Lotharij tempus concessum legimus.

XIX.

An vero redditum seu censuum licita sit venditio? dubi-
tatur: nos affirmantum statim partibus.

XX.

Vendito castro, jurisdictionem loco adhærentem vendi-
tam quoq; censemus.

XXI.

Sed quid? facello vendito, an ius patronatus illi adhæ-
rens venditum videatur? sub distinctione respondemus.

XXII.

Non incommodē hic queri potest, si quis locaverit rem,
postea autem vendiderit, utrum emtor expellere possit con-
ductorem? quod affirmamus, licet statutis quorundam mu-
nicipalium contrarium observetur.

XXIII.

Quæ res vendi possunt, quæ non, obiter pro instituto
diximus; obligari item venditorem ad tradendam rem em-
torem ad dandum precium: sed utrum præcise venditor
possit compelli ad rei traditionem, an vero interesse præ-
stando liberetur? admodum controvertitur. Sed magis est
ut dicamus præcisè compelli, dummodo facultatem tradendi
habeat, & adversarius urgeat.

A 3

Sed

X X I V.

Sed quæritur amplius, anne ad vacuam possessionem, tradendam teneatur venditor si simpliciter ad id se non adstrinxerit? quod affirmamus cum Wesenbecio.

X X V.

Consensum quoq; clementis vendentis necessarium esse diximus in hoc contractu perficiendo: jam porro an aliorum quoq; consensus requiratur, videbimus.

X X VI.

Et dicendum potius, ut in immobilibus necessarius sit, cum in plerisq; locis agnati proximiores jure retractus sive congrui gaudeant, ex confirmatione Friderici Imperatoris.

X X VII.

Si vero requisitus agnatus emere recusaverit, juri suo renunciasse videbitur, in tantum, ut in posterum non sit audiendus.

X X VIII.

Iam porro videndum, ad quem pertineat commodum, & periculum rei venditæ.

X X IX.

Et cum naturalis condito emtionis & venditionis sit, dicimus perfecta emtione in re vendita & nondum tradita, venditorem dolum & culpam tantum levem præstare, non etiam levissimam.

X X X.

Et siquidem in mora fuerit emtor quominus tradatur sibi res, de dolo tantum tenetur venditor, non etiam de culpa.

X X XI.

Ex quo consequitur, si dolus causam dederit huic contractui, ipsum ipso jure effici nullum.

X X XII.

Vino quoq; vendito, post degustationem periculum emtoris esse communiter placuit.

An au-

XXXIII.

An autem fructus rei venditæ, ante solutum premium,
ad cintorem pertineat?

XXXIII.

Restat ut videamus, quibus modis hic contractus rescin-
datur.

XXXV.

Et primo manifestum est, quod mutuo consensu recedere
ab hoc contractu liceat, dummodo res adhuc sit integra; qui
modus rescindendi venditionum est potissimum.

XXXVI.

Siquidem tamen arrha intervenient, emtor id quod dedit,
perdit: venditor vero duplum restituere cogitur.

XXXVII.

Quod si ultra dimidium justi precij alter alterum læserit,
rescindi quoq; posse hunc contractum, minus dubium est:
modica tamen læsione nequaquam resolvitur, cum naturali-
ter se invicem circumscribere jura permittant, modo dolus
absit.

XXXVIII.

An autem l. 2. C. de rescind. vendit. locum habeat.
in venditione, valorem rei sciente venditore, & nihilominus
rem infra dimidium justi percij vendente? quod negandum
videtur.

XXXIX.

Duplex deniq; datur actio ex hoc contractu, empti ni-
mirum & venditi, ut videre est in tit; integr. de action. emt. &
vend.

XL.

Ille autem, qui scienter rem alienam emit, re evicta, ad
restitutionem precij agere nequaquam poterit.

Excep-

Π ΑΡΕΡΓΑ.

I.

Exceptio non numerata pecunia post bienium locum non habet.

II.

Ius ~~অ~~পুনঃ sive jus retractus, ad locationem conductionem non extendendum statuo.

III.

Vassallus abusivè investitus, An rem vacuam propria authoritate ingredi, eiusq; possessionem adquirere possit? A.

IV.

Si dominus ad pecuniam alicui certo die solvendam, mediante juramento devinctus sit; an vassallus cum ne in perjurium incidat liberare teneatur?





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728318865/phys_0011](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728318865/phys_0011)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn728318865/phys_0012](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn728318865/phys_0012)

DFG

XVI.

Si tamen ab ignorantem emtæ fuerint, ven
enter vendiderit, ad inter esse tenetur.

XVII.

Hereditatis quoq; venditio non reproba
stamento, sive ab intestato delata fuerit, mo
hereditas.

XVIII.

Porro feudalium rerum emtio subsistere
in locis, ubi licet eas alienare sine consensu Do
Lotharij tempus concessum legimus.

XIX.

An vero redditum seu censum licita sit
tatur. nos affirmantum statutis partibus.

XX.

Vendito castro, jurisdictionem loco adhæ
ram quoq; censemus.

XXI.

Sed quid? facello vendito, an ius patron
rens venditum videatur? sub distinctione res


XXII.

Non incommodè hic quæri potest, si quis
postea autem vendiderit, utrum emitor expell
ductorem? quod affirmamus, licet statutis qu
unicipalium contrarium observetur.

XXIII.

Quæ res vendi possunt, quæ non, obit
diximus; obligari item venditorem ad trade
torem ad dandum precium: sed utrum pr
possit compelli ad rei traditionem, an vero
stando liberetur? admodum controvertitur.
ut dicamus præcisè compelli, dummodo faci
habeat, & adversarius urgeat.

A 3



the scale towards document